

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Matthaeus Voland Petrus Martinus Boethius

**Collegii Logici Disputatio VI. De Nomine, Verbo, Oratione, Enunciatione simplici
& eiusdem Partibus, earundemque notis**

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729607992>

Druck Freier  Zugang



R u. phys 1642

Voland, Matthaeus,
Collegii logici disputatio
2 - 11



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn729607992/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729607992/phys_0002)

DFG

בשְׂמַח הַשְׁמִים

COLLEGII LOGICI
Disputatio VI.

De
**NOMINE, VERBO,
ORATIONE, ENUNCIATIONE**
simplici & ejusdem Partibus, earundem-
que notis.

Quam
PERMISSU
Amplissimæ Facultatis Philosophicæ
In Alma Rosarum

SUB PRÆSIDIO

M. MATTHÆI VOLAND,
Mœno-Francofurtani S. S. Theol.
Studioſi,

*Præstantissimis & literatissimis suis Dominis
Collegis ventilandam proponit*

PETRUS MARTINUS BOETHIUS,
Longoh. Holsatus.

Addiem Maij, Anno 1642.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILI, Acad Typogr.

ANNO M. DC. XLII.

COLLEGIO LOGICO

COLLEGIO LOGICO

DIGESTIO VI

DE AERIBUS
ET VENTIS
ENGINIATIONE

ET MOTU CORIOLANICO

DE AERIBUS

ET VENTIS ENGINIATIONE

ET MOTU CORIOLANICO

DE AERIBUS ET VENTIS ENGINIATIONE

ET MOTU CORIOLANICO

DE AERIBUS ET VENTIS ENGINIATIONE

ET MOTU CORIOLANICO

DE AERIBUS ET VENTIS ENGINIATIONE

ET MOTU CORIOLANICO

DE AERIBUS ET VENTIS ENGINIATIONE

ET MOTU CORIOLANICO

DE AERIBUS ET VENTIS ENGINIATIONE

ET MOTU CORIOLANICO

DE AERIBUS ET VENTIS ENGINIATIONE

ET MOTU CORIOLANICO



Collegij Logici
DISPUTATIO VI.

De

NOMINE, VERBO, ORATIO-
NE, ENUNCIATIONE SIMPLICI,
& ejusdem partibus earundemq; notis.

I.



Actenius in quinq; prioribus disputationibus o-
mnia ea quæ ad primam mentis operationem
pertinere videbantur , discussimus, nunc ad ea,
quæ in secundâ mentis operatione alias peragi
solent progredimur, consideraturi naturam E-
nunciationum.

II. Antequam autem ad ipsam enunciationem considerandam
accingar, doctrinam de Nominе & Verbo, ut & Oratione, quæ hic
præmitti solent, paucis saltē attingam.

III. Nomen est vox simplex significans ex instituto sine tem-
pore, cuius nulla pars significat separata. Ita definis. Arift. lib 1. de
Interp. cap. ii. Notetur, quando in definitione dicitur nomen esse
vox significans, indè removeri voces non significantes, ut *bidi*tri,
per verba vero, cum nomen ex instituto significare dicitur, innuitur
nomen Logicum, non debere naturaliter significare, sed secundum
impositionem.

IV. Voces enim ex quibus Oratio seu sermo componitur,
non naturaliter, sed ex impositione, non formaliter, sed instrumen-
taliter aliquid significant.

V. Ut ergo hæc res accuratiùs intelligatur , notandum est, 1.
Quid sit signum. 2. Quod aliud signum sit naturale, aliud ex im-
positione ; aliud formale, aliud instrumentale.

A

VI. Quod

num qd!
VI. Quod definitionem signi attinet, ita definitur: Signum est quod potentia cognoscendi aliquid repräsentat, sive ea sit sensitiva, sive intellectiva.

1. naturale.
VII. Quod vero divisionem signorum attinet, hisce eadem gaudent definitionibus. Signum naturale est, cum res per naturam suam hoc aut illud significat: ut gemitus tristitiam, risus lætitiam &c. Signum vero ex impositione est, cum res aliquid significat non natura seu ex se, sed ideo tantum, quia ei impositum est, ut illud significet, ubi vox homo notat hominem, lapis in agro positus limitem &c. Signum formale appellatur, cum species sensibilis aut intelligibilis rem sensui aut intellectui repräsentat cuius est species, ut species equi equum &c. Et dicitur formale, quia facultati cognoscendi ut forma inhaeret. Instrumentale autem vocatur, cum res una per speciem suam facultati cognoscenti repräsentata facit, ut altera etiam eidem innotescat, ut fumus alicubi animadversus ignis præsentiam indicat, & pictura aut statua hominem illum menti objicit, cuius pictura aut statua est. Sic vox audita vel in libro visa, rem notificat, cui significandæ destinata est. Vocatur autem instrumentale, quia est instrumentum, non forma per quam facultas cognoscens aliquid percipit.

VIII. Voces igitur, uti patet ex dictis, non sunt signa naturalia, sed ex impositione, non formalia, sed instrumentalia.

IX. Sed objiciat aliquis ex Aristotele i. Polit. c. 2. disertè dicente sermonem homini naturalem esse: Quod si igitur naturalis est, naturaliter etiam aliquid significabit, & ita voces, ex quibus constat, & constituta est oratio vel sermo, signa erunt naturalia, non ex impositione. Resp. Aristotelem ideo sermonem homini naturalem esse dicere, quod is natura ad se impetrandum propensus sit & inclinationem habeat, quamvis ratio ipsa loquendi studio ac industria acquiratur, uti patet in infantibus: Ita etiam civitates à natura esse dicuntur, quia homines naturaliter ex naturali propensione societatem appetunt, eaq; de causa urbes exstruunt, & in civitates coëunt.

X. Sed quum voces dicantur significare ex impositione, merito hic queritur, quomodo Adamus Gen. 2. Ita nomina rebus impone-re potuerit, ut postmodum etiam Eva statim intelligeret, si illa-nomina

nomina naturaliter apta non erant ad id significandum, quod ipse per ea significare voluit. Resp. Deum ipsum vocum omnium significationem tam Adamo, quam Eve infudisse. August. lib. 8. de Gen. ad lit. c. 16.

XI. Sed ulterius aliquis hanc sententiam, cum dicuntur significare voces ex instituto, dubiam ita reddat, dicendo: interjectiones naturaliter aliquid significare; sunt enim signa ferè naturalia affectus animi indicantia; Unde etiam inter voces naturaliter significantes ab alijs recensentur. Sed Resp. nos hic loqui de vocibus quæ veræ partes Orationis sunt: Interjectiones verò non sunt veræ partes Orationis, sed sermoni interjiciuntur.

XII. Sed cum voces dictæ sint signa, quæstio moveretur, an sint signa rerum, an conceptuum, an verò rerum & conceptuum simul: Resp. affirmando posterius: Nam equus denotat mihi rem ipsam scilicet animal illud hinnibile, & cōceptum etiam ipsius equi significat, quo ipsum concipio: Hinc etiam voces inventæ sunt, ut per eas animi sensa & conceptus nostros alteri aperire & communicare queamus.

XIII. Nomen etiam dicitur significatum suum exprimere sine tempore: Hinc distinguitur ab ipso verbo, quod tempus connotat: *Sine tempore autem significare* est, præter principale significatum primariam aliquam temporis differentiam connotare. Primariae temporis differentiae sunt tres; Præteritum, Præsens, Futurum. Sic *lectio* significat absq[ue] tempore, quia præter principale significatum nullum temporis differentiam exprimit; at *lego* exprimit suum significatum principale quod est *lectio* cum connotatione temporis, videlicet præsentis.

XIV. Dicataliquis: Annus, mensis, hora, tempus significant; Annus, mensis, hora sunt nomina, E. quædam nomina tempus significant. Resp. conced: totum argumentum. Non enim quædam nomina tempus significare nos negamus; Sed inde conclusionem deducere velle quod connotent etiam tempus, est consequens inconsequens.

XV. Per hanc verò definitionis nominis partem, (*Cujus nulla pars significat separata*) excludimus Orationem, in qua partes significant aliquid separatim, ut *bomo albus*.

XVI. Opponat verò aliquis nomina hæc composita, ut sunt.

republica, iusjurandum & hujus farinæ plura alia, quorum partes sanè aliiquid per se singulæ significant. Resp. Significant quidem aliiquid eorum partes, sed non exprimunt eundem conceptum, quem voces totaliter sumptuæ possident.

XVII. Præterea hic observandum est, nomina esse vel finita vel infinita, vel recta vel obliqua: Nomina finita & recta sunt propriæ dicta nomina; Nomina vero infinita & Obliqua sunt nomina impropriæ dicta. Tantum de Nominis, sequitur definitio & consideratio Verbi.

XVIII. Verbum est quod insuper tempus significat, & cujus nulla pars seorsim significat, atq; semper eorum, quæ de altero dicuntur, est signum: ut *lego, audio* &c.

XIX. Hæc definitio partim ex supra dictis de Nominis pateat, partim etiam ex dicendis patebit & clarior fiet.

XX. Nam quod Verbum etiam sit dictio, & quidem simplex significans secundum impositionem, id nunc ex superioribus subintelligendum est. Quid deinde sit tempus significare vel potius significare, id etiam supra dictum est; sed tamen hoc insuper hic observari potest, per tempus latissimam significatione intelligi omnem durationem, nec tantum successivam, sed & instantaneam, nec temporariam solum, sed etiam æternam, ut etiam notant *Conimbr. cap. 4. quaest. 2. art. 4.*

XXI. Verbum dicitur præterea esse *signum eorum, quæ de alio dicuntur*: id est, verbum est nota prædicati, quando in enunciatione in suppositione formalí, non materiali id est: cùm pro suo significato, non pro voce tantum ponitur: Omne enim verbum significat rem ad modum actionis & passionis; De ratione vero tam actionis quam passionis est, ut alteri inhæreat, proinde fit, ut verbum semper denotet accidens aut ejusmodi aliquid, quod certo modo de altero dicitur, & ita prædicatum fit; Prædicatum enim est, quod de altero dicitur. Dixi Verbum significare rem ad modum actionis & passionis, ut ita etiam privationes verarum actionum, & omnia ea, quæ saltē ad modum actionis sumuntur, includantur, ut monent *Conimbr. loco jam citato*. Sic verba, *quiesco, sisto* & similia sumuntur ad modum actionis.

XXII. Si:

XXII. Sicut nomina sunt vel finita vel infinita, recta vel obliqua, ita & verba. Annè verò Verbum infinitum maneat in propositione de hac re alibi. Tantùm etiam de Verbo, sequitur consideratio ipsius Orationis.

XXIII. Oratio est vox significativa, cuius partium aliqua separata significat ut dictio, sed non ut affirmatio vel negatio: ut *homo doctus*, *homo est doctus*. Hanc definitionem habet Arist. i. de Interpr.

c. 4.

XXIV. Notetur verò, cum in definitione Oratio dicitur vox, intelligi vocem compositam, quatenus plures voces simplices unum-nexum inter se habent, & ita unam compositam vocem faciunt: In hoc enim nexus Grammaticali forma ipsius Orationis sita est, atq; ex ea continuatione una vox appellatur. Voces ergo connexionem vel combinationem aliquam inter se habeant necessarium est, si Oratione fieri debeat: Alioquin enim vel mille voces simul efficere liceat, & nihilo minus non est oratio, ut si dicas: *homo, equus, leo, cælum, terra, benè, malè, pulchritudine*.

XXV. Connexio autem illa quam Oratio aliqua habet, est vel principalis, vel minùs principalis: Principalis, quæ fit per copulam propositionis, ut *homo est doctus*. Minùs principalis, quæ non fit per copulam, ut *homo doctus*. Illa in Oratione perfecta tantùm reperiatur, hæc etiam in imperfecta.

XXVI. Orationis partes dicuntur etiam aliquid separatim significare: Quo ipso oratio differt à Nomine & Verbo, quæ sunt voces simplices, & ita separatim nihil significant, ut supra dictum est.

XXVII. Partes autem Orationis significare ut *dictiones*, non ut *affirmationes*, & *negationes* dicuntur: Quo ipso distinguitur Oratione de qua hic loquimur ab Oratione ex pluribus composita, cuius partes significant, ut *affirmationes* & *negationes*: Ut si dico, *Si homo est rationalis est risibilis*. Hæc oratio habet hasce partes, homo est rationalis, homo est risibilis, quæ utiq; significant ut *affirmationes*. Cùm igitur in definitione Aristotelica ipsius Orationis dicitur, partes Orationis significare ut *dictiones* non ut *affirmationes* vel *negationes*, id intelligendum est de Oratione simplici. Ut homo est rationalis; hæc partes Orationis significant uti *dictiones* simplices

A 3

XXVIII. Cùm

XXVIII. Cùm partes Orationis separatim aliquid significare dicimus, intelligimus cumprimis partes principales & categorematicas; Ut h[oc] I. Javellus monet. Nam præpositiones & conjunctiones separatim sumtæ nihil denotant, sed usum tantum habent, & significatiōne rerum inserviunt, cùm voces alias connectunt.

XXIX. Oratio est vel perfecta vel imperfecta. Perfecta est, quæ gignit perfectum sensum in animo audientis, ut *homo est Philosophus*, *Omnis homo qui perseveraverit in verâ fide usq[ue] ad finem, salvus erit*. Imperfecta vero Oratio est, quæ perfectam sententiam non exprimit, vel, quæ i[m]perfectum sensum in animo audientis relinquit, ut *homo albus*, *homo Philosophus*. *Omnis homo qui perseveraverit*.

XXX. Oratio perfecta est vel enunciativa, vel non enunciativa: Oratio perfecta enunciativa est, quæ apta nata est ingredi discursum; ut, *homo est risibilis*; sic hæc Oratio ingreditur hunc discursum: *Omnis homo est risibilis* Petrus est homo, E. Petrus est risibilis. Oratio vero perfecta non enunciativa est, quæ non potest ingredi syllogismum: Et sunt Orationes optativæ, interrogativæ, deprecativæ, imperativæ, & vocativæ, & quæ hisce sunt similes.

XXXI. Logicus sollicitus est de orationibus perfectis, & quidem enunciativis, in quibus vel verum vel falsum inest, quæq[ue] facere possunt syllogismos, rejectis Orationibus imperfectis, & omnibus etiam perfectis, quæ non aptæ sunt natæ intrare in discursum. Hinc boni Logici est Orationes non Logicas facere Logicas: ut si propo-natur ipsi talis oratio: *Maturate fugam*, tunc ille, quia subjectum hic determinatum dicitur, inquirat in id ipsum, idq[ue] determinet, integrumque Orationem componat, quæ apta sit nata ingredi discursum, hoc modo: *Quidam homines jubent fugam maturare*, & sic etiā in aliis exemplis procedendum est. Hæc sufficient de Oratione, sequitur tractatio enunciationis.

XXXII. Enunciatio est oratio, in qua primò verum vel falsum inest. Dicitur in definitione quod enunciatio sit Oratio, quæ est genus ipsius enunciationis, adeoq[ue] distinguuntur, ut latius & strictius: Enunciatio enim est terminus strictior, Oratio vero est terminus latior. Sic rectè dico: Omnis enunciatio est oratio, non tamen vice versa: Omnis Oratio est enunciatio. Dantur enim multæ orationes, quæ non sunt enunciationes, sicuti supra significatum est.

Ut

Ut 1. Orationes optativæ: *O mibi præteritos referat si Jupiter annos!*
2. Deprecativæ & petitoria: *ut, Pater noster qui es in cælis, largire*
mibi veniam peccatorum. 3. Imperativæ: *ut, Fac hoc & vivis: Disci-*
te Justitiam moniti, & non temnere divos. 4. Vocativæ, *ut: Iuc ades*
o Melibœe. 5. Interrogativæ, *ut Qnando Christus natu est? Quid est*
homo nisi pulvis? 6. Ellypticæ, *uti: Quos ego: sed motos prestat com-*
ponere fluctus. Nos igitur hic intelligimus talem Orationem, ex
qua syllogismus fieri potest, *ut: Omnis homo est animal. Aristoteles est*
doctus, Paulus est Philosophus. Ex hisce enim orationibus syllogis-
mi fieri possunt: *Ex prima enim talis fieri vel formari potest Syllo-*
gismus: Omnis homo est animal, Philippus est homo, E. Philippus
est animal, & sic de cæteris etiam exemplis res sece habet.

XXXIII. Additur in definitiune, enunciationem esse orationem, in qua verum vel falso est; ubi notandum est veritatem esse dupli-
cem, vel formalem vel objectivam. Dicitur vero *formalis veritas* cognitionis seu conformitas facultatis cognoscentis cum recogni-
ta: Objectiva, veritas ipsius rei. Ultraq; hic suo modo includi vi-
detur. Veritas vero & falsitas Logica, cum primis in compositione
& divisione consistit; Si enim intellectus noster ea quæ sunt com-
ponenda & dividenda, componit & dividit, oritur oratio vera, si
minus id praestet, sit oratio falsa. Enunciatio vera est, quæ est con-
formis rei significatae; falsa, quæ est disformis rei significatae, ut:
Homo est disciplina capax, homo est lapis. Veritas igitur Logica est
congruentia cum reipsa; Falsitas vero discongruentia cum reipsa.

XXXIV. Sed dicat forte aliquis cur differentia ipsius enuncia-
tionis desumatur à propria enunciationis passione, cum vera diffe-
rentia Orationis enunciantis sit dicere rem esse, vel non esse, ex
quo ut proprium consequens fluit *et* verum & falso significare,
Resp. quia Logica finem hunc sibi cum primis habet propositum,
ut veritatem à falsitate separat.

XXXV. Dicitur porro, enunciationem primo verum, vel falso
significare, ut ita distinguatur à syllogismo, in quo etiam est veritas
& falsitas, sed non primo, uti in enunciatione. Sic hic Syllogismus
verus est: *Omnis homo est risibilis, Petrus est homo, E. Petrus est*
risibilis, non autem primo sed secundario propter enunciationes
veras. Hic vero syllogismus falsus est; Omnis homo est lapis. O-
mnis

mnis homo est leo, E quidam leo est lapis : quia enunciationes sunt falsæ, falsa etiam inde sequitur conclusio. Manet ergo, quod & veritas & falsitas sit primum in enunciatione, secundariò in syllogismo.

XXXVI. Divid: Enunciatio est vel simplex, quæ non ex alijs enunciationibus conflata est. Conjuncta, quæ ex alijs constat, coniunctis per particulam unam ex his tribus : Si, Et, Aut. Ultraq; deinde subdividitur, simplex quidem in absolutam, & modalem : Coniuncta vero in hypotheticam, disjunctivam & copulativam. De Modali & coniuncta dicetur in disputatione alia, nunc igitur agemus de simplici absoluta.

XXXVII. Partes hujus sunt duæ : Subjectum, & prædicatum ; Copulam enim ad prædicatum pertinere dicimus.

XXXVIII. Subjectum autem est omne illud, de quo aliquid dicitur, prædicatum omne illud, quod de aliquo dicitur, sive una tantum vox utrumq; sit, sive alterutrum vel etiam utrumq; pluribus constet. Ita in hac enunciatione : *Omnis homo, qui est doctus & pius, magni est faciens*; subjectum est, *omnis homo, qui est doctus & pius*, prædicatum, *magni est faciens*.

XXXIX. Hinc inter Nomen & subjectum, inter Verbum & prædicatum discrimen aliquod nascitur : Nomen enim & Verbum sunt tantum voces simplices, subjectum vero & prædicatum pluribus vocibus constare possunt : Nullum tamen est subjectum, quin nomine constet, & nullum prædicatum, quin Verbo vel Nomine, quod coniunctum habeat verbum substantivum est, fuit, vel erit. ut, *homo disputat, homo est disputans*.

Note de subjecto & prædicato observande sunt haec.

XL. 1. Notetur tam subjectum quam prædicatum interdum una, interdum pluribus vocibus constare : Hinc non debemus numerare voces in aliqua enunciatione; Una enim enunciatio potest varijs vocibus circumscribi. V. g. *Omnis homo qui finaliter credit in Christum, eternam latitudinem fruetur.* 2. Partes sunt vel principales vel minus principales in aliqua enunciatione : Principalis vox sive pars tam subjecti quam prædicati est una tantum, eaq; categorematica, aliæ voces minus principales in Enunciatione sunt sœpè plures. sed omnes sunt Syncategorematicæ. 3. Subjectum non debet judicari ex audo situ : Nam sœpe fit trajeetiq; terminorum : ut,

per

Per accidens homo peccavit: Hic, id p̄t accidens non est subjectum, neq; ad subjectum pertinet: Sed subjectum est homo, id verò peccare per accidentem est prædicatum. Similia exempla sunt: Verè Aristoteles est Philosophus; Omnis felicissimè Alexander semper pugnavit. Et hæc nota probe obser-
vanda est ob Modales propositiones: ubi sàpè datur hujusmodi trajectio terminorū utrū infra dicetur. Sic in hac enunciatione Mōdali: *Necesse est hominem esse animal* trajectio terminorum est: *Homo enim est subjectum, necesse est esse animal*, illud omne est prædicatum: 4. Subjectum in enun-
ciatione omissum, ex certis indiejs indagandum est atq; substituendum. Sicuti bī soli peccavi, hic omittitur expressum subjectum, illud ergò est in-
quirendum, & expresse ponendum: Similia exempla sunt: *Hodie disputavit, cras leget*: Hoc documentum cum primis notandum est propter conversionem propositionum, quæ est transpositio subjecti & prædicati: Jam ubi subjectum non est, ibi transponi non potest. 5. Itaq; ad subje-
ctum & prædicatum inveniendum, antecedentia & consequentia scopus & intentio authoris attendi debet, casus etiam obliqui in rectos commu-
tandi sunt. 6. Signa quantitatis & qualitatis quā talia, nec ad subje-
ctum, nec ad prædicatum pertinent, sed sunt mera syncategorematā. Signa verò qualitatis sunt particulæ negativæ, quæ propositionem negan-
tem faciunt, ut sunt *non*, *nequaquam* &c. Signa autem quantitatis sunt
quæ propositionem faciunt vel universalem, vel particularem, ut *omnis*,
quidam &c. Cùm signa quantitatis & qualitatis quā talia i. e. quando suo funguntur officio, nec ad subjectum nec ad prædicatum pertinere vide-
antur, merito quæritur quando signa quantitatis & qualitatis suo fun-
gantur officio. Resp. Signa qualitatis suum faciunt officium, cùm integrum prædicatū removent à subjecto per signum qualitatis *non* vel huic simile: Signa verò quantitatis functionem suam peragunt quando ad-
duntur principali parti subjecti seu voce categoriæ: ut *Dens diligit omnes homines*, *Petrius amat quosdam libros*, *Omnis hominis equus est quadrupes*: Hic signa quantitatis non recte suo funguntur officio, apponun-
tur enim prædicato in duabus prioribus propositionib; & ita sunt par-
tes prædicatorū, in ultima verò propositione particula *omnis* additur
minus principali parti subjecti.

XLI. Quod autem signa quantitatis & qualitatis hūda sint syncate-
goretata, nec partes subjecti vel prædicati sunt, patet tam ex conversio-
ne, quam ex syllogismis legitimis: Ex conversione, quæ requirit ut integrum

grum subjectum transponatur in locum prædicati, at legitima est, & sit
conversio cùm etiam hæc signa non transponuntur, ut, *Omnis homo est
rationalis*: Rectè convertitur per accidens: *Quoddam rationale est homo*,
ubi signum quantitatis legitimam nihilo minus existente conversione, non
transponitur: Si ergo fuisset pars subjecti, tunc utiq; fuisset transponen-
da in locum prædicati, sed non potest transponi in locum prædicati verâ
manente conversione: Non enim possum dicere: *Quoddam rationale est
omnis homo*. Ex syllogismo etiam probatur e. g. *Omnis homo est animal*,
Petrus est homo, E. *Petrus est animal*: Hic syllogismus omnium Logicorum
consensu formalissimè optimus est: Nec tamen in majori particula *omnis*
est pars subjecti, aliás illa particula repetenda fuisset in minore, quia in
primâ figura integrum subjectum majoris fit prædicatum minoris: Sed
hæc particula *omnis* in minore repeti non potest, alioquin falsa erit mi-
nor cum dicitur *Petrus est omnis homo*. Imo quatuor etiam termini hoc
in syllogismo ponereantur. Alius enim terminus esset, cùm dicitur *omnis
homo*, alias cùm dicitur *homo*, & ita duo essent termini, 3. *Petrus* 4. *Animal*
Quod tamen falsissimum est. Hic enim syllogismus, uti anteadictum o-
ptimam habet formam. Sic etiam eodem modo de signis qualitatibus
probari hoc potest, uti cuilibet judicanti patet.

XLI. 7. Nota. Quando particula (*omnis*) sumitur pro toto, vel col-
lectivè, est pars subjecti, non verò signum quantitatis, ut *Omnis scriptura
est sufficiens ad salutem*: Omnis scriptura i. e. tota scriptura. Sic *omnis Ju-
dea* i.e. tota Judæa exiit ad Jordanem. *Omnes Apostoli sunt duodecim* i. e.
Omnes Apostoli simul sunt, & in unum collecti sunt duodecim. Hoc
documentum habet usum suum in solvendis sophismatibus E. g. *Omnis
scriptura est sufficiens ad salutem*, *Epistola ad Philemonem est Scriptura*, E.
Epistola ad Philemonem est sufficiens ad salutem. In hoc syllogismo 4. sur-
termini, 1. enim est *omnis scriptura*. 2. *Scriptura*, prout mutilatè hic ter-
minus ex majore in minore repetitur. 3. *Est sufficiens ad salutem*. 4 *Epis-
tola ad Philemonem* Sic & hic syllogismus, *Omnes Apostoli sunt duodecim*,
Petrus & Paulus sunt Apostoli: E. *Petrus & Pauli sunt duodecim*, laborat
vitio quatuor terminorum; quia mutilatè repetitur majoris subjectum in
minore: alias enim terminus est, cùm dico: *Omnes Apostoli*, alias cùm
dico absolutè Apostoli. Si majoris subjectum integrè referatur, prout
referri debet in locum prædicati in minore, minor erit falsa: falsa enim
est hæc propositio: *Petrus & Paulus sunt omnes Apostoli* i.e., O-
mnes in unum collecti.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729607992/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729607992/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729607992/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729607992/phys_0016)


DFG

XL. *Demonstratio quæ sit à causa remota* conclusionem negativam, nunquam affirmativam remotā, non necessariò ponitur effectus, sublatā tollitur effectus. Unde syllogismi demotamā sunt in secunda figura in modo *Camest* quid respirat, habet animam sensitivam, *Lapis sensitivam*. *E. lapis non respirat*. In hac demonstratione sensitiva est causa remota respirationis, noua primita animā sensitivā, non ponitur respiratio, pri sensitivam habent, non tamen respicant. Proxima respirationis. Exinde perspicuum est, sa, e. g. animā sensitivā non posse procedere a etiū, respirationem. Negativè tamen optinet quentia, Sublatā enim causā remotā, effectus monstratio à causa remota habet aliquam concomitante absolute ita dicta, quia utraq; effectus ab ea 1. quia non est causa proxima, per 2. quia propositiones non sunt immediatae. De effectu longè est perfectior illā, quæ est à causa demonstratione ab effectu propositiones immediatae contingit in demonstratione à causa remota causa est, neque propositiones immediatae.

XL. Sed dicat fortassis aliquis hanc divisionis non esse immediatam, sed dari alia genera demonstrationum, aliam *τέχνην*, aliam *τέχνην*, quæ demonstratur *τέχνη & διόπτρα* simul. Ita *com. 95. & in epit. cap. de demonstratione & lib. 2. alibi Resp.* Objicienti hoc dubium, non esse demonstrationem aliam propter quid tantum, aliam. *simul.* Nam omnis demonstratio *διόπτρα* involvit.

2. Objiciunt & alij hoc modo: Si datur deus ad effectum, & vicissim ab effectu ad causam, monstratio ab effectu ad effectum alium nec Ratio, quia propter necessariam effectuum con-

C



the scale towards document

on-
usā
re-
fa-
uic-
an-
a-
po-
am
usa
no-
ffe-
ise-
de-
de-
rat.
; ab-
in
mod
dæ-
ra-
io-
ria
de-
ost.
. &
on-
uid
usa
de-
im-
sla-
ria